

REGESTA  
PONTIFICUM ROMANORUM

TOMUS SECUNDUS  
(AB A. DCIV USQUE AD A. DCCCXLIV)

VANDENHOECK ET RUPRECHT





# REGESTA PONTIFICUM ROMANORUM

AB CONDITA ECCLESIA  
AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM  
MCXCVIII

EDIDIT  
PHILIPPUS JAFFÉ

EDITIONIS TERTIAE EMENDATAE ET AUCTAE  
IUBENTE ACADEMIA GOTTINGENSI

SUB AUSPICIIS  
NICOLAI HERBERS

TOMUM SECUNDUM  
(AB A. DCIV AD A. DCCCXLIV)

CURAVERT  
WALDEMARUS KÖNIGHAUS, THORSTANUS SCHLAUWITZ

COOPERANTIBUS  
CORNELIA SCHERER, MARCO SCHÜTZ

ADDENDIS ET CORRIGENDIS ADIUNCTIS

GOTTINGAE  
IN AEDIBUS VANDENHOECK ET RUPRECHT  
MMXXV

Dieser Band wurde durch die Gemeinsame Wissenschaftskonferenz (GWK) im Rahmen des Akademienprogramms mit Mitteln des Bundes und des Landes Niedersachsen gefördert.

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über <https://dnb.de> abrufbar.

© 2017, 2025, Vandenhoeck & Ruprecht, Robert-Bosch-Breite 10, D-37079 Göttingen, ein Imprint der Brill-Gruppe (Koninklijke Brill BV, Leiden, Niederlande; Brill USA Inc., Boston MA, USA; Brill Asia Pte Ltd, Singapore; Brill Deutschland GmbH, Paderborn, Deutschland)

Koninklijke Brill BV umfasst die Imprints Brill, Brill Nijhoff, Brill Schöningh, Brill Fink, Brill mentis, Brill Wageningen Academic, Vandenhoeck & Ruprecht, Böhlau und V&R unipress.

Alle Rechte vorbehalten. Das Werk und seine Teile sind urheberrechtlich geschützt. Jede Verwertung in anderen als den gesetzlich zugelassenen Fällen bedarf der vorherigen schriftlichen Einwilligung des Verlages.

**Vandenhoeck & Ruprecht Verlage** | [www.vandenhoeck-ruprecht-verlage.com](http://www.vandenhoeck-ruprecht-verlage.com)  
E-Mail: [info@v-r.de](mailto:info@v-r.de)

ISBN 978-3-647-30297-3

## RERUM INDEX

Prooemium	VII–VIII
Praefatio	IX–X
Index abbreviationum	XI–XIII
Index Pontificum Romanorum	XV
Regesta Pontificum Romanorum	1–340
Index initiorum	341–345
Concordantia siglorum editionum secundae et tertiae	347–350
Concordantia siglorum editionis tertiae et voluminum serierum ‚Pontificia‘	351–357
Concordantia siglorum editionis tertiae et voluminum serierum ‚Regesta imperii‘	359–360
Index operum adhibitorum	361–403
Praefationis versio germanica	405–406
Addenda et corrigenda	407–419



## PROOEMIUM

Papatus, praecipua Ecclesiae catholicae institutio, quae ab ipsa antiquitate usque in haec tempora permansit, historicis Europaeis res summi momenti atque maximae curae fuit et adhuc est. Philippus Jaffé, *Monumentorum Germaniae Historicorum* socius, iam anno 1871 primum opus edidit, in quod regesta rerum atque negotiationum pontificalium ab initio papatus usque ad annum 1198 collegerat. Post illius operis editionem secundam, quae anno 1885 in lucem prodiit, investigationes documentorum ad papatum pertinentium ita auctae atque mutatae sunt, ut nostris diebus tertia et quidem nova editio incipienda videretur. Cuius editionis primum volumen anno praeterito typis mandatum est, quod *Regesta Pontificum* a Sancto Petro usque ad annum 604 continet. Ecce iam sequitur volumen secundum (Regestorum usque ad annum 844), cuius ratio hoc in loco explicanda videtur. Ab initio enim conceptum erat, ut Regesta omnium annorum usque ad illum annum 844, in primum volumen colligeremus. Hunc in finem Regestis diu operam suam impendebat Marcus Schütz. Sed postquam, consilio mutato, primi voluminis finem annus 604 attulit, anni sequentes usque ad annum 844 quasi incohati relictis sunt, exceptis tantum annis 604–655, quos imprimis Thorstanus Schlauwitz, et annis pontificatus Gregorii IV (i.e. 827–844), quos Cornelia Scherer - eadem de re iam ad doctoris gradum promotam – tractavit. Hinc autem summae gratiae agenda sunt Waldemaro Könighaus, de Regestis *Boemiae Pontificiae* et *Poloniae Pontificiae* bene merito, qui suis viribus in perficiendos illos annos relictos, aetatem paululum alienam, incubuit, ut demum secundum volumen feliciter typis mandari potuerit. Quod opus iterum Thorstanus Schlauwitz fovit et dexteritate sua electronica sustentavit. Omnibus, quorum nomina enumeravimus, et imprimis plurimis illis studiosis collaborantibus maximae gratiae debentur. Imprimis autem collegae nostro Rudolpho Schieffer summas gratias agimus, qui hoc opus progrediens saepius legendo, augendo, corrigendo fovit et usque ad hunc finem auxilio et consilio suo perduxit.

Quamvis concedendum est, in opere tam amplo non omnes errores, menda, lacunas (praesertim quoad additiones bibliographicas) removeri potuisse, tamen hic plurima documenta nova praebentur, ex quibus de rebus gestis Pontificum multa discimus, quae adhuc plane ignota erant (quod ex ipsa *Concordantia* huic volumini adiecta elucebit).

Gratiae demum debentur *Academiae Scientiarum Göttingensi*, cuius Institutum *Papsturkunden des frühen und hohen Mittelalters* hoc opus semper fovit et promovit. Domus Editoria *Vandenhoeck & Ruprecht* editioni huic curam more solito providam adhibuit.



Emendationes atque additamenta iam antea a Thorstano Schlauwitz facta in thesauro electronico (papsturkunden.de) invenies. Addenda et corrigenda praesenti volumini annexa Veronica Unger collegit atque redegit.

Erlangae

Nicolaus Herbers

## PRAEFATIO

### **De intentione, ratione, methodo *Regestorum Pontificum Romanorum***

Regesta nostra qua intentione colligantur, qua ratione eligantur, quo denique ordine quaque forma praebeantur, in Praefatione voluminis primi legere poteris.

### **Quae autem a primo volumine differant, hic describenda videntur**

Volumen quod huius seriei proponimus alterum non aliter atque primum illud uno anno ante editum maximam partem sine ullo subsidio Regestorum modernorum singulos Pontificatus tractantium confectum est. Harum rerum documenta vel monumenta praecipua nobis ex editionibus et tractatibus recentioribus colligenda atque investiganda erant. Quoad cetera huius seriei volumina quattuor edenda, magno usui nobis erunt *Regesta Imperii* illa iam in lucem edita, quae nobis quodammodo viam aperire poterunt per documenta in dies crescentia, cartas scilicet et litteras et donationes et alias inceptions pontificum. Hac de causa nobis labore molesto et longinquo novis Regestis constituendis undecumque colligenda atque diiudicanda erant rerum documenta plerumque ecclesiastica, quae quidem pertinent ad totum mundum christianum, scilicet Italiam, Hispaniam, regnum Francorum, Angliam, deinde Europam orientalem, Imperium Byzantinum, terras christianas orientales, Africam septentrionalem.

Quae in hoc volumine continentur, maximi momenti esse nemo negabit, quia inde dinosci potest, non modo qua ratione Papatus paulatim ab Imperatore Byzantino secesserit ecclesiaeque catholica ab orthodoxa illa alienata sit, sed etiam quo pacto Pontifices Romani magis magisque amicitia sibi coniuxerint reges qui dicuntur Carolingi, donec Carolus Magnus ille imperator a Leone III sollemniter coronaretur, quod summum certe culmen historiae christianae iudicari potest.

Sicut in volumine primo etiam hic textuum excerptorum editiones criticas novissimas vel antiquiores, dum sint alicuius momenti, notavimus. Quoad *deperdita* vel alias traditiones, in quibus Pontificum gesta occurrunt, illos tantum fontes adhibuimus, qui non amplius quam ducentos annos post descripti sunt, recentioribus tamen illis, qui unici tradebantur, exceptis.

Exemplum priorum voluminum secuti documentorum adscriptionem temporis sumpsimus (nisi aliter indicatum) ex ipsis editionibus authenticis. Adscriptio Regestorum illorum, quae ex *Libro Pontificali* sumpta sunt, eiusdem libri ordinem *Indictionum* sequitur. Quo factum est, ut haec Regesta saepius spatio temporis a mense Septembri usque ad mensem Augusti anni sequentis adscripta sint.

**Gratiarum actio**

Ad hoc autem volumen perficiendum, ut ex eius inscriptione intelligi potest, quattuor fere cooperatorum suam quisque operam, sed disparem impenderunt. Quas autem partes huius voluminis singuli contulerint, iam in ipso Prooemio legitur. Tamen liceat nobis, quippe qui hoc opus ad finem deduxerimus, iterum gratias maximas agere Marco Schütz Augustano Vindelicorum, qui operis fundamentum iecit, necnon Corneliae Scherer Erlangensi, quae nos ab initio strenue adiuvavit.

Deinde summae gratiae debentur Rudolpho Schieffer Bonnensi, qui notis suis et monitis doctis opus nostrum emendavit et auxit et adhortatione sua ita acceleravit, ut temporis angustia superata tandem feliciter in lucem prodierit. Item magnae gratiae agenda sunt Nicolao Herbers, huius serei editori, qui hoc volumen diligenter percensuit, necnon collegis Gottingensibus Franconi Engel Danielique Berger et Iudith Werner Erlangensi; his accedunt Francisca Quaas et Dominicus Prietz Gottingenses nec non Haroldus Böhm Erlangensis, adiutores semper fideles et constantes.

Postremo gratias agimus Gottingensibus Fideli Rädle, qui Prooemia et Praefationes Latine reddidit, necnon Catharinae Kagerer, quae nos in omnibus rebus, quae ad Latinitatem pertinent, auxilium benigne praestitit. Omnes profecto, quos vel quas hic enumeravimus, operam suam vel consilium suum ad hoc et quidem tale opus perficiendum contribuerunt feliciter.

Gottingae/Erlangae

Waldemar Könighaus  
Thorstanus Schlauwitz

## INDEX ABBREVIATIONUM

a.	annum, -i	decr.	decretum, -i
a. d.	anno domini	dep.	deperditum, -i
a. inc.	anno incarnatione	de trad.	de traditione
Abt.	Abteilung	diac.	diaconus, -i
adn.	adnotatio, -onis	diss.	dissertatio, -nis
aest.	aestas, -atis	eccl.	ecclesia, -ae; ecclesiasticus, -a, -um
al.	aliter, alias; alius, -a, -um	ed.	editus, -a, -um; editio, -onis; edidit, -erunt; editor, -oris
alt.	alter, -a, -um	ep.	epistola, -ae; episcopus, -i
ann.	annales, -ium	episc.	episcopatus, -us; episcopus, -i
ap.	apud	epist.	epistola, -ae
apost.	apostolus, -i; apostol(ic)us, -a, -um	etc.	et cetera
app.	appendix, -icis	ex.	exiens, -euntis
apr.	aprilis	fasc.	fasciculum, -i
arch.	archivum, -i	febr.	februarius, -i
archidia.	archidiaconus, -i	fragm.	fragmentum, -i
archiepisc.	archiepiscopus, -i	hist.	historia, -ae
aug.	augustus, -i; augusta, -ae	i. e.	id est
aut.	autumnus	ian.	ianuarius, -i
b.	beatus, -a, -um	ibid.	ibidem
bb.	beati, -orum	id.	idus, -us; idem
bibl.	bibliotheca, -ae; bibliothecarius, -i	imp.	imperator, -oris; imperans, -ntis
c.	capitulum, -i	impr.	imprimis
can.	canonisticus, -a, -um	in.	iniens, -euntis; inchoans, -ntis
canc.	cancellarius, -i	ind.	indictio, -onis
cet.	cetera	iul.	iulius, -i
cf.	confer	iun.	iunius, -i
chron.	chronica, -ae; chronicon, -i	kal.	kalendae, -arum
cod.	codex, -icis	lat.	latinus, -a, -um
col.	columna, -ae	laud.	laudatur, -us
coll.	collectio, -onis	lib.	liber, -ri
conc.	concilium, -i	Lib. diurn.	Liber diurnus
cons.	consul, -is; consulatus, -us	Lib. pont.	Liber pontificalis
cont.	continuatio, -onis; continuator, -ris	loc. cit.	loco citatus
cr.	circiter	m.	mensis, -is
d.	dies, -ei; dominus, -i	mai.	maius, -i
dat.	datum, -a	mart.	martius, -i; martyr, -ris
dec.	decembris, -is; decanus, -i	med.	medius, -a, -um
		ms.	manuscriptum, -i

n.	numerus, -i; noster, -i	S.R.E.	Sancta Romana Ecclesia
NF	Neue Folge	s. v.	sub voce
non.	nonae, -arum	sacr.	sacer, -ris; sacrosanctus, -a, -um
not.	notarius, -i	saec.	saeculum, -i
nov.	novembris, -is	sc.	scilicet
NS	Nova series	scr.	scriptum, -a
oct.	octobris, -is; octava, -ae	scrin.	scriniarius, -i
op. cit.	opus citatum	sed.	sedes, -is
opp.	opera, -rum	sept.	septembris, -is
p.	pagina, -ae; pater, -tris	ser.	series, -iei
p. c.	post consulatum	spur.	spurium, -i
p. m.	per manum	sq.	sequens; sequentes, -ia
pont.	pontificatus, -us; pontificalis, -is	sqq.	sequentes
pp.	papa, -ae	SS	scriptores, -orum
q.	quaestio (Gratian)	ss.	sancti, -orum
q.d.	qui, quae, quod dicitur	Suppl.	supplementum, -i
q.v.	qui, quae, quod vocatur	t.	tomus, -i
rec.	recensio, -onis	tit.	titulus, -i
reimpr.	reimprimatur, -ntur; reimprimatus, -a, -um	trad.	traditio, -onis
s.	sanctus, -a, -um	v.	vide; virgo, -inis
		vat.	vaticanus, -a, -um
		vol.	volumen, -minis

**Abbreviationes serierum**

AA SS	Acta Sanctorum
ACO	Acta Conciliorum Oecumenicorum
Boh. Pont.	Bohemia-Moravia Pontificia
CCCM	Corpus Christianorum Continuatio Mediaevalis
CCSG	Corpus Christianorum Series Graeca
CFHB	Corpus Fontium Historiae Byzantinae
CPG	Clavis Patrum Graecorum
CPL	Clavis Patrum Latinorum
CSCO	Corpus Scriptorum Christianorum Orientalium
FChr	Fontes Christiani
FSI	Fonti per la Storia d'Italia
Gall. Pont.	Gallia Pontificia
Germ. Pont.	Germania Pontificia
GGA	Göttingische Gelehrte Anzeigen
Ib. Pont.	Iberia Pontificia
Ital. Pont.	Italia Pontificia
MGH	Monumenta Germaniae Historica
- Auct. ant.	Auctores antiquissimi
- Capit.	Capitularia regum Francorum
- Conc.	Concilia
- Const.	Constitutiones
- DD	Diplomata
- Epp.	Epistolae
- Epp. sel.	Epistolae selectae

**Index abbreviationum**

xiii

---

- Fontes iuris	Fontes iuris Germanici antiqui in usum scholarum separatim editi
- LdL	Libelli de lite
- LL	Leges in Folio
- Poetae	Poetae Latini medii aevi
- SS	Scriptores in Folio
- SS rer. Germ.	Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum separatim editi
- SS rer. Lang.	Scriptores rerum Langobardicarum
- SS rer. Merov.	Scriptores rerum Merovingicarum
PmbZ	Prosopographie der mittelbyzantinischen Zeit
RIS	Rerum Italicarum Scriptores
SC	Sources Chrétiennes
SS rer. Brit.	Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores



## INDEX PONTIFICUM ROMANORUM

„Antipapae“ in litteris italicis imprimatae sunt.

Adeodatus	672–676	Leo II	681–683
Agatho	678–681	Leo III	795–816
Benedictus II	684–685	Martinus I	649–655
Bonifatius III	607	<i>Paschalis</i>	687
Bonifatius IV	608–615	Paschalis I	817–824
Conon	686–687	Paulus I	757–767
Constantinus I	708–715	Philippus	768
Constantinus II	767–768	Sabinianus	604–606
Deusdedit	615–618	Sergius I	687–701
Donus	676–678	Severinus	638–640
Eugenius I	654–657	Sisinnius	708
Eugenius II	824–827	Stephanus elect.	752
Gregorius II	715–731	Stephanus II	752–757
Gregorius III	731–741	Stephanus III	768–772
Gregorius IV	827–844	Stephanus IV	816–817
Hadrianus I	772–795	Theodorus I	642–649
Honorius I	625–638	<i>Theodorus</i>	687
Iohannes IV	640–642	Valentinus	827
Iohannes V	685–686	Vitalianus	657–672
Iohannes VI	701–705	Zacharias	741–752
Iohannes VII	705–707		





REGESTA PONTIFICUM  
ROMANORUM



## Sabinianus (604–606)

### \* 3165 (604 sept. 13)

JE I 220

Consecratur. „Sedit a. I m. V d. VIII“.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 315; Mommsen 163).*

Sedit enim a. 1 m. 5 d. 9 (al. 8), testibus Lib. pont. (Duchesne I 315; Mommsen 163) et Prosperi Laterculo pontificum Romanorum ex Cod. Hauniensi (MGH Auct. ant. 9, 271). Itaque ecclesia m. 6 d. 1 vacaverat, non m. 5 d. 19, ut legitur in Lib. pont. (Duchesne I 312; Mommsen 162).

### 3166 (604?)

Apostolico patri (Sabiniano) papae Columba(nus) (monasterii Luxoviensis abbas) mittit apices ad b. memoriae Gregorium I conscriptos (J<sup>3</sup> 2935). Implorat, ut sibi sententiae solatium praestet, quo suorum traditionem roboret seniorum, quo ritum paschae observare per eius possit iudicium.

E d . : *Columbani Opera 22 n. 3; MGH Epp. 3, 164 n. 3.* – R e g . : *Ital. Pont. VI/2, 249 n. 4; Conte Chiesa 397 n. 1; Gall. Pont. I/1, 180 n. 2.*

Alii hanc epistolam ad Bonifatium III, alii ad Bonifatium IV scriptam esse contendunt, cf. Gundlach Columban-Briefe 511 seu Conte Chiesa et novissime Walker in Columbani Operibus p. XXXVII, qui epistolam tempore sedis vacantis a. 604 aut 607 scriptam esse censet.

### \* 3167 (604–606)

Pacem cum gente Langobardorum facit.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 315; Mommsen 163).*

### \* 3168 (604–606)

Horrea ecclesiae aperire et „frumenta per solidum unum tritici modios 30“ venumdare iubet.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 315; Mommsen 163).*

### \* 3169 (604–606)

In ecclesia b. Petri apostoli luminaria addit.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 315; Mommsen 163).*

### \* 3170 (604–606)

Facit episcopos per diversa loca XXVI.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 315; Mommsen 163).*

### \* 3171 (606) febr. 22

Roma

JE I 220

Sepelitur in ecclesia b. Petri, cum sedem Romanam per a. 1 m. 5 d. 9 tenuerit. „Quo defuncto funus eius eiectus est per portam s. Iohannis, ductus est foris muros civitatis ad pontem Molvium (Mulbium)“ (Sub d. XXII m. febr.).

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 315; Mommsen 163).*

De Sabiniani loco sepulturae cf. Borgolte Petrusnachfolge 77sq. 347.

## Bonifatius III (607)

### \* 3172 (607 febr. 19)

JE I 220

Consecratur. „Sedit m. VIII d. XXII“.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 315 et 316; Mommsen 163 et 164); Herimanni Augiensis Chron. a. 605 (MGH SS 5, 91).*

Lib. pont. notat ecclesiam post Sabinianum vacasse m. 11 d. 26, „quia de Constantinopoli legatio expectabatur“ (ut addit Herimannus Augiensis). Cum Lib. pont. (Duchesne I 316; Mommsen 164) Bonifatio III daret m. 8 d. 22 (m. 9 d. 22 a Prospero in eius Laterculo pontificum Romanorum ex Cod. Hauniensi [MGH Auct. ant. 9, 271]; sunt autem m. 8 d. 24), consecrationem eius ad dominicum diem 607 febr. 19 referri necesse est.

### \* 3173 (607 cr. febr. 19)

JE \*1995

Phocatem imperatorem (Constantinopolitanum) rogat, ut statuatur sedem Romanae ecclesiae caput esse omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana prima se omnium scribebat.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 316; Mommsen 164); Pauli diac. Hist. Lang. IV c. 36 (MGH SS rer. Lang. 128; MGH SS rer. Germ. 48, 160).* – R e g . : *Täutu Acta I 520 n. 287; Conte Chiesa 398 n. \*3.*

Olim ad a. 608–610, quia Ewald (JE \*1995) hanc epistolam Bonifatio IV attribuit; de auctore et tempore cf. Conte Chiesa loc. cit.

### \* 3174 (607 cr. febr. 19)

Bonifatio rogante Phocas imperator (Constantinopolitanus) statuit, ut sedes apostolica b. Petri apostoli caput esset omnium ecclesiarum.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 316; Mommsen 164); Bedae Chron. maiora (MGH Auct. ant. 13, 310); Pauli diac. Hist. Lang. IV c. 36 (MGH SS rer. Lang. 128; MGH SS rer. Germ. 48, 160); Adonis Viennensis Chron. (MGH SS 2, 319).* – R e g . : *Conte Chiesa 399 n. \*4; Dölger/Müller Reg. I/1, 55 n. 155.*

De tempore cf. Conte Chiesa loc. cit. et Dölger/Müller Reg. I/1 loc. cit.

### (607?)

Cf. J<sup>3</sup> 3166 s. v. Sabinianus.

### \* 3175 (607)

JE I 220

**Roma, S. Pietro**

Synodus episcoporum 72. „Hic fecit constitutum in ecclesia b. Petri ... sub anathemate, ut nullus pontificem viventem aut episcopum civitatis suae praesumat loqui aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis eius, adunato clero et filiis ecclesiae, tunc electio fiat, et quis quem voluerit, habebit licentiam elegendi sibi sacerdotem“.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 316; Mommsen 164).* – R e g . : *Conte Chiesa 399 n. \*5.*

### \* 3176 (607)

Facit episcopos per diversa loca XXI.

L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 316; Mommsen 164).*

\*† 3177 (607)

Approbat suaque auctoritate roborat historiam de vita b. Mauri veracissimam a Fausto compositam.

L a u d . i n : *Leonis Chron. mon. Casinen. I c. 3 (MGH SS 34, 21).* – R e g . : *Ital. Pont. VIII 117 n. \*†9; Conte Chiesa 399 n. †\*6.*

Cf. etiam Vitam Mauri (AA SS ian. 15, 1038).

\* 3178

607 nov. 12

Roma

JE I 220

Sepelitur in ecclesia b. Petri, cum sedem Romanam per m. 8 d. 22 tenuerit (II id. nov. imp. Foca aug. a. VI ind. XI).

L a u d . i n : *Epitaphium Bonifatii III (Grisar Analecta Romana I 125); Lib. pont. (Duchesne I 110 et 316; Mommsen 164).*

De loco eius sepulturae cf. Borgolte Petrusnachfolge 77. 347.

## Bonifatius IV (608–615)

- \* 3179 (608 sept. 15)**  
 JE I 220 Consecratur. „Sedit a. VI m. VIII d. XIII“.  
 L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 316 et 317; Mommsen 164 et 165).*  
 Dominicus hic dies apparet tum ex Lib. pont., ubi post hunc sedes dicatur per m. 10 d. 6 (rectius 4, ut habet cod. Urbin.) vacasse, tum ex Lib. pont. docente istum ecclesia a. 6 m. 8 d. 13 (a. 6 m. 9. d. 13 dat Prosperus in Laterculo pontificum Romanorum ex Cod. Hauniensi [MGH Auct. ant. 9, 271]; sunt autem a. 6 m. 8 d. 11) administrata, „defunctum, sepultum esse VIII kal. iun. (a. 615)“.
- (608?)**  
 Cf. J<sup>3</sup> 3166 s. v. Sabinianus.
- \* 3180 (609? ante mai. 13)**  
 Bonifatius a Phocate (principe) templum, quod appellatur Pantheon, petit.  
 L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 317; Mommsen 165); Bedae Chron. maiora (MGH Auct. ant. 13, 310); Pauli diac. Hist. Lang. IV c. 36 (MGH SS rer. Lang. 128; MGH SS rer. Germ. 48, 160); Adonis Viennensis Chron. (MGH SS 2, 319); Herimanni Augiensis Chron. a. 609 (MGH SS 5, 91); Mariani Scotti Chron. (MGH SS 5, 542).* – R e g . : *Dölger/Müller Reg. I/1, 55 n. 156.*
- \* 3181 (609?) mai. 13** **Roma**  
 JE I 220 Pantheon templum Romanum dedicat b. Mariae semper virginis et omnium martyrum permissu Phocatis imperatoris.  
 L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 317; Mommsen 165); Bedae Chron. maiora (MGH Auct. ant. 13, 310); Bedae Martyrologium (Giles IV 66); Bedae Hist. eccl. II c. 4 (Colgrave 148; Lapidge I 308); Pauli diac. Hist. Lang. IV c. 36 (MGH SS rer. Lang. 128; MGH SS rer. Germ. 48, 160); Ann. Monasterienses (MGH SS 3, 153); Adonis Viennensis Chron. (MGH SS 2, 319); Herimanni Augiensis Chron. a. 609 (MGH SS 5, 91); Mariani Scotti Chron. (MGH SS 5, 542); Sigeberti Gemblacensis Chron. (MGH SS 6, 321).* – R e g . : *Ital. Pont. I 99 n. \*1; Conte Chiesa 399 n. \*7 et 400 n. \*8; Dölger/Müller Reg. I/1, 55 n. 156.*  
 Ad a. 609 indicant Ann. Monasterienses (MGH SS 3, 153) et Sigeberti Gemblacensis Chron. et Herimanni Augiensis Chron., ad a. 610 Marianus Scotus, cf. etiam Dölger/Müller Reg.; diem nuntiant Herimanni Augiensis Chron. et Bedae Martyrologium.
- \* 3182 610 febr. 27** **Roma**  
 JE I 221 Synodus episcoporum Italiae, cui assidet Mellitus Londinensis episcopus, et in qua „de vita monachorum et quiete“ constituitur (imp. Phocatis a. VIII, ind. XIII, III kal. mart.).  
 L a u d . i n : *Bedae Hist. eccl. II c. 4 (Colgrave 146; Lapidge I 306).*
- † 3183 610 febr. 27**  
 JE +1996 In concilio decernit „a sacerdotibus monachis ligandi solvendique potestatem atque officium haud indigne administrari, si eos digne contigerit ad hoc ministerium sublimari“ (imp. Phocatis a. VIII, ind. XIII, III kal. mart.). – *Sunt nonnulli fulti; (Sunt nonnulli stulti); (Non nullo fulti); (Sunt nonnulli nullo).*

E d . : Kölzer Collectio 232 n. 41. – C a n . : Ivonis Decr. VII c. 22; Gratiani Decr. C. XVI q. 1 c. 25. – R e g . : Conte Chiesa 400 n. †9.

Cf. etiam Kehr in Ital. Pont. VIII 117 n. \*†9 adn. De traditione decreti cf. Kölzer Collectio 54sq.

**† 3184**      **610 febr. 27**

JE †1997      Monasterio ss. Petri et Pauli (Dorovernensi) varia privilegia tribuit (Data die III kal. mart., imp. Phoca, a. VIII imp. eiusdem principis, ind. XIV). – *Omnipotentis Dei institutione*.

E d . : Insertum Wilhelmi Thornensis Chron. c. 2/1 (Hist. Angl. SS 10, 1766); Insertum Thomae de Elmham Hist. mon. s. Augustini Cantuarien. (SS rer. Brit. 8, 129); Birch Cartularium Saxonicum I 17 n. 11. – R e g . : Conte Chiesa 400 n. †10.

Laud. etiam in litteris a Lanfranco episcopo Dorovernensi Alexandro II directis (Wilhelmi Malmesburien. Gesta pont. Anglorum I c. 29 [Winterbottom I 60], cf. Anglia Pont. Subsidia I 16 n. 19 et J<sup>3</sup> †3187). Similia verba inveniuntur in Lib. diurn. form. 89 (Foerster 169), cf. Anton Liber diurnus 127 adn. 23. Ad 611 febr. 27 attribuunt Haddan/Stubbs Councils III 67 et Birch Cartularium Saxonicum, op. cit., econtra Conte Chiesa op. cit.

**\* 3185**      **(610 cr. febr. 27)**

JE \*1999      Ad Laurentium archiepiscopum Cantuariensem et clerum universum litteras dat Mellito episcopo Londinensi.

L a u d . i n : Bedae Hist. eccl. II c. 4 (Colgrave 148; Lapidge I 308). – R e g . : Conte Chiesa 401 n. \*12.

Cf. J<sup>3</sup> \*3182 et J<sup>3</sup> †3187.

**\* 3186**      **(610 cr. febr. 27)**

JE \*2000      Ad Ethelbertum regem et gentem Anglorum litteras dat Mellito episcopo Londinensi.

L a u d . i n : Bedae Hist. eccl. II c. 4 (Colgrave 148; Lapidge I 308). – R e g . : Conte Chiesa 401 n. \*13.

Cf. J<sup>3</sup> \*3182 et J<sup>3</sup> †3187.

**† 3187**      **610 febr. 27**

JE 1998      Ethelberto Anglorum (Cantuariorum) regi per Mellitum episcopum Londinensem petenti concedit, ut „in monasterio in Dorovernensi civitate constituto, quod sanctus doctor ... Augustinus beatae memoriae Gregorii discipulus s. Salvatoris nomini“ consecraverit, et cui ad praesens praesit Laurentius (archiepiscopus Cantuariensis), „licenter per omnia monachorum regulariter viventium habitationem statuatur“. Decernit quoque, ut ipsi „monachi monachorum gregem sibi associant“ (a. inc. 614 imp. Foca aug. a. imp. eiusdem principis VIII, ind. XIII, tertia d. kal. mart. Athelberti regis regni a. LIII; a. D. inc. 615). – *Dum Christianitatis vestrae*.

E d . : Conc. Rom. a. 610 (Mansi Conc. 10, 505; Migne PL 80, 106); Insertum Eadmeri Historiae I (SS rer. Brit. 81, 20 [fragm.] ad a. 615 et V [Rule 261]); Insertum Wilhelmi Malmesburien. Gestis pont. Anglorum c. 30 (fragm.) (Winterbottom I 62); Birch Cartularium Saxonicum I 16 n. 10; Böhmer Fälschungen 145. – R e g . : Conte Chiesa 400 n. †11.

Epistolam missam esse adnotat Beda (J<sup>3</sup> \*3186). Böhmer Fälschungen duas linesa data-tionum nuntiat, unam ad a. 614 mart. 1 et alteram ad a. 615, propter Conc. Rom. vero ad a. (610 febr. 27) attribuit; cf. etiam Conte Chiesa loc. cit. Laud. et in Wilhelmi Malmesburien. Gestis pont. Anglorum I c. 21 (Winterbottom I 42) et in Lanfranci ep. n. 4 (cf. Hiestand/Hirschmann in Angl. Pont. Subsidia I 16 n. 19). Postea verba conficta traduntur, cf. spuria Cantuariensia J<sup>3</sup> 2959, J<sup>3</sup> †3215, J<sup>3</sup> †3246, J<sup>3</sup> †3440, J<sup>3</sup> †3569, J<sup>3</sup> †3835, J<sup>3</sup> 7318 et J<sup>3</sup> 7767. Levi ratiuncula ducti spuriam hanc bullam Hefe/Leclercq Hist. III 249, suspectam Haddan/Stubbs Councils III 65 censent. Ewald (JE 1998) hanc spuriam non esse putat. Böhmer Fälschungen 108 epistolam spuriam et 1072 apr. 4–mai. 27 a Lanfranco archiepiscopo



Cantuariensi confictam esse censet. Contra Böhmer Brooke Canterbury Forgeries Guernum falsarium huius epistolae nominat. MacDonald Eadmer censet Eadmerum falsarium (saec. XII) esse. De spurio cf. etiam Southern Canterbury Forgeries, qui spurium Lanfranco falsario minime attribuendum putat, quem etiam Conte Chiesa loc. cit. sequitur. Similia verba inveniuntur in Lib. diurn. form. 89 (Foerster 169), cf. Anton Liber diurnus 127 adn. 23.

- † 3188**      **611 mai. 15**      **Roma, Laterano**  
 Pisanae rei publicae gubernatoribus scribit (Dat. Laterani id. mai. pont. n. a. III).  
 – *Cum bona fama.*  
 E d . : *deest.* – R e g . : *Kehr Brief Paschals II. 327 n. 34; Ital. Pont. III 355 n. †1; Conte Chiesa 401 n. †14.*  
 Spurium, ab O. A. de Abramo (saec. XVIII) confectum, nondum editum; de traditione cf. Conte Chiesa loc. cit.
- 3189**      **613 aug. 23**  
 JE 2001      Floriano episcopo (Arelatensi) gratulatur, „quod gravitatem“ inquit „qua praeditum te dudum audieram, praecellentissimorum regum atque electionis tuae epistolae, nec non ... Candidi presbyteri testimonium confirmavit“. Agendi praecepta dat, in his, ut simoniae obluctetur. Mittit pallium. „Patrimoniolum ecclesiae“ Romanae in illis partibus constitutum commendat (Dat. X kal. sept. imp. Heraclio a. III post cons. eius II, et Heraclio Constantino novo a. I, ind. I). – *Multum frater carissime.*  
 E d . : *Migne PL Suppl. 4, 1598; MGH Epp. 3, 453 n. 12.* – R e g . : *Conte Chiesa 401 n. 17; CPL 1724.*  
 Epistolae partes cum scriptis Gregorii I et Lib. diurn. concordare videntur, cf. Ashworth St. Gregory 9 et Martí Bonet Roma 65.
- 3190**      **(613 aug. 23)**  
 JE 2002      Theodorico regi Francorum respondet, se litteras eius „cum ea, qua decuit, dulcedine et veneratione“ suscepisse, „in quibus“ inquit „nobis de fratris et coepiscopi nostri Floriani (Arelatensis) ordinatione significastis atque ut ei secundum antiquam consuetudinem pallium deberemus transmittere scripsistis“. Laudat eum, quod ecclesiarum curam agat. Ecclesiasticas utilitates et „pauperes b. Petri“ commendat. – *Scripta excellentiae vestrae.*  
 E d . : *Migne PL Suppl. 4, 1601; MGH Epp. 3, 455 n. 13.* – R e g . : *Conte Chiesa 402 n. 18; CPL 1724.*  
 Epistolae partes cum scriptis Gregorii I concordare videntur cf. Ashworth St. Gregory 14.
- \* 3191**      **(608–614) dec.**  
 Facit ordinationes II per m. dec., diaconos VIII; episcopos per diversa loca XXXVI.  
 L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 317; Mommsen 165).*
- \* 3192**      **(608–615)**  
 „Domum suam (in urbe Roma) monasterium“ (s. Bonifatii) facit et ditat.  
 L a u d . i n : *Lib. pont. (Duchesne I 110 et 317; Mommsen 165).* – R e g . : *Ital. Pont. I 155 n. \*1; Conte Chiesa 403 n. \*21.*
- \* 3193**      **(608–615)**  
 JE \*2002α      (Petro, Providentio seu Agnello) episcopis Istriae, qui Iohannem abbatem a Gislulfo duce per vim episcopum Foroiulii institutum consecraverant, mandat, ut sub „metropolim Gradensem se subiugaverunt“.  
 L a u d . i n : *Iohannis diac. Chron. Gradense (MGH SS 7, 45; FSI 9, 50); Chron. patr. Gradensium c. 4 (MGH SS rer. Lang. 394; FSI 9, 9).* – R e g . : *Ital. Pont. VII/2, 33 n. \*5; Conte Chiesa 402 n. \*20.*

**3194 (612–615)**

Bonifatium Columba(nus) (abbas Luxoviensis) monet, ut conservet fidem apostolicam. De infamia cathedrae s. Petri dolet. Addit de Agilulfo rege (Langobardorum).

E d . : *Columbani Opera* 36 n. 5; *MGH Epp.* 3, 170 n. 5. – R e g . : *Ital. Pont.* VI/2, 249 n. 5; *Conte Chiesa* 402 n. 19.

Conte Chiesa loc. cit. et Walker in *Columbani Operibus* p. XXXVIII hanc epistolam ad a. 613 inserunt, cf. etiam *Columbani Opera* p. LX et 198. Doherty Roma 278 censet, hanc epistolam Mediolani scriptam esse.

**3195 (612–615)**

A (Bonifatio IV?) papa iussus (Columba abbas Luxoviensis) „de sollempnitatibus et sabbatis et neomeniis“ celebrandis, „quid secundum litteram reprobari, quid spiritualiter observari debeat“ dicere, impugnat eos, qui veritati obtrectantes in littera haerent, ita tamen, ut ad veritatem revocet. Quomodo quidque spiritualiter intellegendum sit declarans, de Paschatis ratione Vetere et Novo Testamentis firmata, de sabbato, de Pentecoste, de Tubarum, Expiationum, Tabernaculorum feriis, de nova luna, de sacrificiis disserit et orationi papae se commendat.

E d . : *Krusch Chronologisches* 84; *MGH Epp.* 3, 177 n. 6.

Incertum est, a quo aut ad quem papam haec epistola scripta sit, cf. *Krusch Chronologisches* 88.

**\* 3196 (615) mai. 25****Roma**

JE I 221

Sepelitur ad b. Petrum, cum sedem Romanam per a. 6 m. 8 d. 13 tenuerit (VIII kal. iun.).

L a u d . i n : *Lib. pont.* (*Duchesne* I 110 et 317; *Mommsen* 165).

Falso Baronius ex Manlii collectione epitaphium supra memoratum profert (*Migne* PL 80, 99), ubi Bonifatio dantur a. 6 m. 8 d. 12 et depositio eius VIII id. mai. imp. Heraclio a. V facta esse dicitur. De Bonifatii IV loco sepulturae cf. *Borgolte Petrusnachfolge* 77sq. 310. 347.